

Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte
Herausgeber: Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel
Band: 14=4 (1896)

Artikel: Franz Hotmann, ein französischer Gelehrter, Staatsmann und Publicist des XVI. Jahrhunderts
Autor: [s.n.]
Anhang: Briefe
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111154>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 12.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Anhang.

Wir schliessen Vorstehendem den Abdruck einer Anzahl bisher noch nicht herausgegebener Briefe Hotmann's aus den Jahren 1561—1563 an, also aus der Zeit kurz vor und während des ersten Religionskrieges bis nach dem Frieden von Amboise. — Dieselben enthalten ausser den besondern Veranlassungsgründen der einzelnen Schreiben eine fortlaufende Reihenfolge von Berichten Hotmann's über die damaligen Begebenheiten in Frankreich, gerichtet an den Landgrafen Philipp den Grossmüthigen von Hessen, von welchem er bei Ausbruch des Krieges für seine hugenottischen Glaubensgenossen die Sendung einer namhaften Schaar hessischer Reiter unter dem Marschall Fr. von Rollhausen und in Gemeinschaft mit dem Herzog von Würtemberg und dem Kurfürsten yon der Pfalz ein Gelddarlehn auswirkte.¹⁾

Diese Briefe sind uns auf unser Ersuchen aus dem hessischen Landesarchive zu Marburg durch gefällige Vermittlung des dortigen und unseres hiesigen Staatsarchivariats zur Publication in den historischen Beiträgen zugestellt worden, und deren Herausgabe bildet eine wünschbare Ergänzung der verdienstlichen Forschungen

¹⁾) cf., p. 20 oben.

Rod. Dareste's über die Wirksamkeit Hotmann's in jenem folgenreichen Zeitpunct, indem ihm bei seinen dahерigen Arbeiten eben dieses Archiv als Geschichtsquelle verschlossen gewesen zu sein scheint.¹⁾ Es folgen aus der selben Quelle noch zwei Briefe Hotmann's aus der Zeit unmittelbar nach der Mordnacht von 1572 als interessante Ergänzung der dahерigen Berichte.

Von der gleichzeitigen Herausgabe des viel weit-schichtigern Briefwechsels Hotmann's mit dem Landgrafen Wilhelm IV. von Hessen, dem Sohn des Vorgenannten, aus den Jahren 1575—1589 musste, obschon uns gleichfalls offengestellt, Abstand genommen werden theils wegen dessen Umfang, theils weil die Quellen über diese Periode der französischen Geschichte reicher fliessen als über die vorangegangene.²⁾

I.

Zwist zwischen dem König von Navarra und der Königin Mutter. — Anschläge der Guisen wider das Königthum im Bund mit Philipp von Spanien. — Ersuchen an den Landgrafen, Navarra hülfleistend entgegenzukommen.

Hotmann an Landgr. Philipp von Hessen.

1561. Merz 19.

Illustriss^e princeps, clementiss^e Domine.

Nisi rationes negotiorum gallicorum consilia mea impe-dissent notius aliquanto Celsitudini V^ae esset, nomen meum et

¹⁾ cf. Revue historique, 1876, cit. p. 2.

²⁾ Es sind dies besonders die citirten Mémoires sur l'Etat de la France sous Charles IX — ferner die mémoires von Duplessis-Mornay (über die Zeit von 1572—1599), la Popelinière, historia tumultuum etc. in Gallia ab a^o 1567.

studium, quo anno superiore flagrabam inserviendi Illust^{mæ} Clementiæ vestræ in Academia Marpurgensi, ad quam in mediis Galliæ patriæ meæ procellis evocabar. — Etsi autem satisfacere illa in re Illust^{mæ} C. V. non potui, tamen cum D^{us} Muntius hodierno die mihi dixisset, C. V. optare certiorem fieri de rebus Gallicis, putavi me rem non ingratam C. V^ae facturum, si hanc chartam quam his litteris adjunxi C. V^ae mitterem, in qua partem aliquam Gallicarum rerum perscripsi: — Illud addam in his litteris, quod ad me ex aula heri scriptum est, ortam esse offenditionem maximam inter Navarræ regem et Reginam matrem propter Guisianorum consilia quædam nuper a Constablio patefacta: repertæ sunt enim galeæ plus minus quadringentæ, serico tectæ tenuissimo, una cum personis quas vulgo mascas appellant: quæ ferreæ quoque dicebantur esse. — Itaque cum Navarrensis stomochosius cum illa locutus esset repente se iracundia commotus una cum Connestablio, Amirallio, ceterisque nonnullis ex aula discessurum dixit, ac illa blandissime tum locuta, pollicita est, se omnia ipsius caussa facturam: simulque sigillum regium quod moriente Francisco II occuparat, Cardinali Turnonio qui neutrarum partium esse videbatur, tradidit.

Guisiani tamen agitant consilia dolosa videnturque de Corona Galliæ invadenda cogitare. Philippum sibi adjunxerunt jamque de sponsalibus inter ipsius filium et Scotiæ reginam contrahendis nonnihil loquuntur. — Denique videtur res ad dissidium, ne dicam bellum civile aliquod eruptura. — Condensis urget suam absolutionem quoad potest et decretum obtinuit, ut parlamenti parisiensis sententia principibus Regii sanguinis simulque duodecim parisbus Franciæ exhibeatur et adhibitis antiquis ceremoniis ac ritibus absolvatur.

Celsitudo vestra gratissimum faceret Navarræ regi, si de eo juvando ant saltem consolando cogitaret: nonnihil in illo

desideratur: sed si C. V. intelligeret quanti terrores armatorum hominum dies atque noctes illi objecti sint, non miratur, illum aliquid de jure suo temporis caussa cessisse. — Brevi tamen meliora sperantur et ipse fortasse C. Vae renuntiabo, quam dolose pontifex R. egerit cum illo Hispano quem Navarrus ad illum importunitate quorundam victus ablegarat et quam invito atq. ignorante ipso oratio illa habita sit, quæ jam ab ipsis adversariis per universum orbem disseminatur. — Scit C. V. linum fumans extingendum non esse et talem principem tam nobili natura, et tam comi et facili ingenio favore potius aliquo prosequendum quam omnino abjiciendum esse. — Quare peto a C. V^a, ut rationem aliquam illius adjuvandi ineat et confirmandi contra tantos hostium conatus quibus sine dubio se diabolus adjungit, quanquam spero Deum simplicitatis amatorem illius *αφελτιας* et modesta benevolentia sua complexurum.

II.

Aufschub von Hotmann's Reise zum König von Navarra. — Seine Gesandtschaft an den sächsischen Hof. — Dessen strenger Lutheranismus. — Keine Hoffnung einer Einigung der evangelischen Confessionen. — Allgemeiner Stand der Sache. — Wachsende Ausbreitung des evangelischen Bekenntnisses.

F. Hotm. / Landgr. Phil.

Strassburg 1561. Juli 12.

Illustriss^e princeps, clement^e domine.

Nunquam existimassem, cum a celsitudine vestra discessi, fore, ut tamdiu famulum vestrum retinerem. — Sed præter itineris longitudinem diurna Illustrissⁱ Electoris Augusti absentia moram reditioni meæ non parvam attulit. — Itaque peto ab ill^{ma} celsitudine vestra majorem in modum,

ut hanc mihi culpam condonet, et sibi persuadeat, me quamdiu vivam fore memorem tantœ humanitatis, clementiæ et . . . nitatis qua celsitudo v. me complexa est, diligentissime præterea scripturum Ecclesiis nostris, ut pro suo officio Deum Opt. Max^m pro Illustr. C. V^ae incolumitate precentur.

Quantum autem ad Illustriss^m principum Ducum Saxoniæ responsum attinet, lubentiss^o quidem animo in legationem consenserunt; ita tamen, ut in responso suo ad Regem Navarræ scripto Zwinglianismi errorem nominatim damnarint, eumque rogarint, ut sibi ab illo caveret. — At cum Rex Navarræ et alii nihil de illa controversia audierint, judicabam fore satius, si illum a missa et pompa idolatrica cui nuper Luteciæ interfuit revocarent et non (ut est in Latinorum proverbio) cum capiti mederi debeamus reduviam curaremus.

Illustriss^s antem Elector Augustus benignissime in legationem consensit: non quam plane promitteret se in Galliam missurum; sed ad eum locum, quem El. Palatinus designaret, ubi legati principum convenienter et communi consilio de capitibus legationis deliberarent. — Nominatim autem ascripsit, se a Navarræ Rege petere, ut Augustanæ confessionis formulam reciperet; quod propter Missæ laudationem, quæ nominatim amplissimis verbis in extremo illius confessionis comprobatur, numquam ab Ecclesiis nostris impetrabitur. — Itaque, quid de Legatione statui debeat, valde incertus sum. — Satius enim esset nullam mitti quam eam mitti quæ dissensiones et controversias quæ in istis regionibus sunt, maximo cum scandalo patefaciat. — Ego in Galliam recta excurrebam, nisi literas a nostris hic offendissem quæ me aliquantis per hic expectare jubebant. Itaque profectionem meam ad dies aliquot distuli.

Interea quod de Gallia audivi, fere est hujusmodi: Numerus fidelium incredibiliter auctus est: neque ulla est ora in universo Galliæ regno ubi non et pastores et ecclesiæ Evangelicæ locum habeant — in Normannia, Aquitania,

Gasconia, nonnullis locis aperte, palam, publice etiam in ipsis templis. — Aureliis etiam et Pictariis et Andibus atria in ædibus ita referta, ut ad plateæ publicæ extremum exudent. — Alternis diebus conciones habentur tanta frequentia, ut hominum V aut VI millia intersint. — In aula Condensis princeps, Longovillius princeps, et Amirallius suos concionatores habent. — Regina mater aperte dixit, se videre, nulla ratione cursum hujus religionis impediri posse — itaque mature deliberandum, quomodo quam placidissime res parari possit. — Connestablius tamen et Guisiani et alii cum quoad possunt adversentur, vident se neque hilum quidem proficere.

Condensis princeps absolutus est a parlamenti parisiensis principibus et proceribus regni omnibus præsentibus. — Eo die Rex convivio multos exceptit: cum Cardinalis Lotaringicus data opera collocutus esset proxime Condensem, Condensis ne aspectu quidem illum est dignatus, quod a multis observatum et laudi datum est. Ducissa Ferrariæ etiam suum in aula concionatorem Italicum habet, quo multi conveniunt, nondum autem ipsius filia propter mariti interdictum atrocissimum ausa est, nisi admodum clanculum, interesse. — Metis alternis diebus conciones habentur, ubi amplius tria millia hominum intersunt. Viellevilius promisit, se daturum operam, ut intra dies paucos templum habeant. Ibi certe maxima est libertas. — Itaque Metenses qui hic apud nos erant, eo fere omnes emigrarunt. — Lutetiæ conciones non nisi clanculum habentur cum tamen piorum numerus sit incredibilis — nam et parlamentum adversatur et plebs furore et insania fertur in nostros sic, ut quodam loco celeberrimo Idolum statuerit, ut qui illuc coperto capite et Idolo insalutato prætereunt a sicariis data opera ibi in præsidio collocatis lapidentur.

Sabaudiaæ dux coactus est cum Vallangronijs pacem facere et ijs religionis libertatem permittere. Is Regem Hispaniæ heredem suum instituit. Itaque Dux de Nemours agnatus ipsius, ad illum placandum et reconciliandum profectus

est, quanquam etiam hoc fuit caussa quod condemnatus est a parlamento parisiensi et jussus uxorem suam secum habere, qua de caussa rixa inter illum et regiam matrem exorta est; itaque insciis creditoribus suis quos multos et miseros reliquit, clam ex Gallia cum exigua pecunia profugit. — Sabandi uxor misere, impudice, contumeliose a marito tractata divor-
tium flagitat, probavit, illum multis locis scorta certa alere, quæ ab eunichis more turcico asserventur. — Luteciam nuper quatuor capitanei avocati sunt insciis concionatoribus. — Consilium captum erat a novitijs evangelicis (qui Evangelium Petri et Malchi vulgo dictitantur potius sequi quam Mathei aut Marci) ut Idolum illud paniceum quod in pompa gestandum erat, in omnibus parochijs deturbarent: Numerus fuit tam magnus, ut decem hominum millia superaret, majorem enim nolo dicere, sed omnia audivi et capitaneorum nomina mihi notissima sunt. — Statuerant quatuor locis Luteciam occupare et vim vi repellere, seque in libertatem vindicare. Concionatores certiores facti denuntiarunt illis se, nisi desisterent, iudicium ejus rei facturos. — Cum illi revocari ab instituto non possent, adhibitus est Cardinalis Castillionius qui Reginam matrem exoraret, ut Regem eo adduceret et Regem Navarræ, qui pro imperio tumultum impedirent. Itaque Marschaleus Mommorantius, Connestablii filius, insulæ francicæ præfectus turmam equitum cataphractorum per urbem circumduxit ad illos territandos. — Ita tamen ut sæpe pom-
pam disturbaret et ab ipsis phafphis animadverterentur multa quæ dissimulare coacti sunt.

Cætera perotium Celsitudini vestræ perscribam. — Interea Deum orabo, ut Illustrissimam Clementiam vestram Spiritu suo sancto conservet. Argentorati XII. Juli 1561.

Illustræ Celsitudinis vestræ

Studioſiſſimus

Hotomannus Dr

III.

Hotmann's vorhabende Reise zum König von Navarra. --
Intrigen der Guisen zu deren Verhinderung. — Warnung
vor dem Rheingrafen.

H. / Landgr. Wilh. v. Hessen.

Strassburg 1561. Aug. 6.

Illustrissime princeps, clementissime Domine.

Exposui illustr^o parenti vestro caussas moræ istius meæ, quam scio Regi Navarresi cum alijs de caassis esse molestissimam, tum quia tam diligenter omnia illi scribere, quæ ad negotium pertinent non potui, quam si ipse eo illo locutus fuisse. — Sed collocatæ mihi tum in vicinia, tum etiam in Lotaringia insidiæ fuerunt. — Et simul emissarius quidam iter hoc fecit, qui ad Palatinum, et Wirtembergensem literas Guisiani duçis detulit, querelarum plenas, quasi peregrinationem illam meam data opera suscepisse, ut eum ejusque fratres accusarem. — Existimant amici mei, illum etiam ad vos profectum esse: quod si ita est, spero C. V^m non dedituram, exemplum illarum litterarum ad me mittere. — Cum antem hic mihi consistendum viderem, honestum quendam et prudentem virum ad aulam misi, a quo confido me literas accepturum, quibus C. V^ae de rebus singulis respondebitur. De rebus Gallicis scribo, Illustrissime princeps, parenti vestro — mitto etiam C. V^ae Lugdunensem historiam quand ex fidelissimo amicorum testimonio concepi. — Oro C. V^m ut eam Illustrissimo principi Augusto postea mittat et sibi persuadeat, me clementiæ et humanitatis qua vos fratresque vestri, principes Illustrissi, cum istie essem, me complexi estis, memoriam semper sancte et pie conservaturum. — Deum oro, ut vos omnes singulari sua benevolentia complectatur. Oblitus eram rogare C. V. ut cum

D. Ringravio colloquens consueta sua prudentia et cautione utatur, ne quid ille expiscari de me possit.

Argentorati VI. Aug. 1561.

Illustriss^{ae} C. V. studiosissimus Hotomannus D.

IV.

Hotmann's vorhabende Reise nach Frankreich durchkreuzt seitens der Guisen. — Entscheid des Parlaments von Paris über die religiösen Versammlungen der Hugenotten. — Grosse Zunahme an Zahl.

H. / Landgr. Phil.

Strassburg 1561. Aug. 6.

Illustrissime princeps, clementissime domine.

Si tamdiu me hic hæsurum putassem scripsisse Celsitudini vestrae multo celerius. — Sed cum meo itineri et profectioni in Galliam accinxisse, admonitus sum, Zavernis primum, dein apud sanctum Nicolaum collocatos esse exploratores qui me abeuntem observarent. — Simul ducem Guisianum literas ad omnes principes quorum Celsitudinem superioribus diebus Regis Navarræ nomine salutarant scripsisse, quibus me seditiosum et tumultuarium appellat et de me ita queritur, quasi nulla alia de caussa illam profectionem suscepisse, nisi ut ipsum ac ipsius fratres accusarem. — Hæ literæ jam Palatino et Wirtembergensi redditæ sunt qui tamen pro sua prudentia satis intelligunt, quid illi sit respondendum. — Nunc autem Rhingravius in Saxoniam proficisciatur, quem ex eo suspicor negotium habere, ut a Principibus diligenter querat quid egerim, quia mecum ea de re accuratissime egit, ita tamen ut se non omnino patefaceret. — Ego ei aliud respondi nihil, nisi me propterea profectionem illam suscepisse, ut Germaniæ principes et urbes in-

viserem, antequam in patriam redirem. — Itaque oro C. V. ut sua sapientia ea in re utatur; si forte ille curiosius velit percontari.

Quod ad negotium meum attinet nihil adhuc habeo quod scribam: nam cum Rex Navarræ et alii me studiosissime expectarent nihil ad me usq. adhuc scripserunt. — Itaque misi ad illos tabellarium, a quo responsum ad nostra omnia expecto. — De rebus vero Gallicis hæc habeo.

Conventus parisiensis ita dimissus est, ut 72 suffragia postulationi nostræ de templis evangelicis faverent. — 80 adversarentur.¹⁾ — Cum senatusconsultum ex plurimum numero factum esset, ut concionatorem omnes intra tres hebdomadas e regno decederent, domestici conventus proscriberentur, Lutherani intra menses tres exularent, Regina mater et Rex Navarræ tum Senatusconsultum ipsum, tum etiam omnium senatorum sententias in ignem projecerunt. — Quid tamen futurum sit, incertum est, nam Cardinalius et episcopi omnes alterum conventum habent in oppidulo quod vocatur Poyssi, ubi dicuntur de ære alieno Regio dissolvendo consilium capere et religione opprimenda. —

Interea piorum numerus mirabiliter angetur, neque videtur fieri posse, ut illis adversariorum viribus opprimatur. — Cum dux Monspensierius quatuor hominum millia proxime Turones coëgisset et circiter trecentos Christianos captivos in aliquot pagis abduceret, nostri ex illa vicinitate convenerunt circiter septem millia: ex his delecti sunt ter mille pendites, equites octingenti. — Et cum illum summa contentione persequerentur, alter fuga sibi salutem quæsivit. — Proxime Tholosam cum senatus Tholosanus quinque ex nostris captos damnasset et continuo de iis supplicium sumpturus

¹⁾ Es handelt sich augenscheinlich um das Juli 1561 mit einer kleinen Stimmenmehrheit im Parlament zu Paris beschlossene Edit sur la religion. cf. Ranke, franz. Gesch. cit. I., p. 230.

essel, nostri manu facta præsidem ejusdem senatus qui cum aliquot senatoribus et scribis urbe exierat prehenderunt eisque patibulum erexerunt. Simul legatum Tholosam miserunt, fore ut quo suppicio nostri afficerentur eodem etiam illi omnes continuo mactarentur. — Ita captivi commutati sunt, Aureliis autem et compluribus aliis in oppidis binæ quotidie conciones in ædibus privatis habentur, tanto conventu et tanta frequentia, ut etiam viæ publicæ exudent. — Regin a Scottiæ in patriam proficiscitur et Caleto iter facit, neque Angliam attinget. — Eam deducunt duo Guisiani, le grand prieur et Marchio Dalbeuf. — Dux Guisius eam prosequitur Caletum usque, Cardinalis vero non ita procul. —

Hæc habeo quæ in præsentia Celsitudini vestræ de Gallicis rebus scriberem. Cum ille quem ad aulam misi rediret, plura ut spero et pluribus de rebus scribam et simul literas quæ ad C. V. dabuntur diligenter curabo. — Interea Deum oro, ut illustriss^m Celsitud^m V. conservet. Argentorati VI.. Aug. 1561.

Illust^{mae} Celsit^s V. Studiosiss^s cliens. Hotomann^s, Dr.

(Hat ein Siegel des Briefs mit Wappen Hotmann's.)

V.

Prohibitivedict des Parlaments von Paris gegen die Versammlung der Evangelischen. — Protest des Königs von Navarra. — Peter Martyr's Geleite an's Colloquium zu Poissy.

De Paris XI. August 1561.

Le Roy ayant envoyé l'édict prohibitif des Assemblées au Parliament de Paris défendit de le publier ailleurs que dans le palais. — Toutefois parce que Madame la Princesse de Condé fit une assemblée à Paris plus grande qu'il n'y eut oncques, la court ordonna qu'on publierait l'édict à son

de trompe par tous les carrefours. — De quoi étant adverty, le Roy de Navarre, qui pour lors estait à Saint Germain, vint à Paris, et remonstra aux présidens et Conseillers en pleine Court le tort qu'ils avaient de n'avoir obéy au commandement du Roy, les appellans remueux, mutins et séditieux et qu'ils ne pensoyent pas qu'il y eût un Roy pour les châstier, mais que bientost ils le connaîtraient. — Puis s'attacha au procureur général Bourdin, luy disant qu'il estait sans religion et qu'il cherchait d'avoir la teste tranchée et que c'estait ceci qu'il méritait, que bientost cognoistrait quelle puissance avait le Roy et son Conseil, qu'il était cause et auteur de tous les troubles.

Comme le Lieutenant criminel par le commandement de la dite cour fust venû au logis de Monsieur le prince avec humble prière d'être excusé, si suivant le commandement qu'il montrait il étoit venu pour faire Information de la dite assemblée, le dit Prince lui respondit, que la dite assemblée avait esté faite et qu'il s'en ferait encores et depuis en tous les jours continué de plus belle. — Le Roy ayant reçûe la réponse des Seigneurs de Zürich qu'ils n'enverroient le Docteur Martyr sans hostage, dès le lendemain feist partir un gentilhomme pour y aller en hostage. Monsieur de Besze et le professeur Hébrieu Antoine Cesplier partirent avec lui pour y aller. — Le X. de ce moys partirent de Paris aucun Ministres pour se trouver au Colloque des Evêques. —

L'on pensait que le Cardinal de Lorraine feist du malade, toutefois la vérité a esté cognûe, que c'est à bon escient et est en danger de sa vie.

Tous les Sgrs. de Guise sont allés à Calets pour conduire la Reine Marie, laquelle a entendu nouvelles que les Anglais s'estaient jettéz en mer pour lui empêcher le passage. — L'ensemble ne veust solennellement renoncer aux titres et arnvoiries d'Angleterre ensemble ratifier l'arrond passé entre elle et les protestans d'Escosse.

Les seigneurs de Chanzy et autres prisonniers pour le fait d'Amboise Lion etc. se sont tous délivrés, excepté Chandieu que l'on tient encores pour aucunes fausses accusations lesquelles se découvrirront en brief.

VI.

Ersuchen um eine Gesandtschaft der deutschen Fürsten mit einem deutschen Prinzen an der Spitze, zu nachdrücklicher Unterstützung der Interessen der Evangelischen und Neutralisirung der spanischen Intriguen.

H. / Landgr. Phil.

Strassburg 1561. Aug. 23.

Illustr^e princeps, clementiss^e dom^e.

Spero celsitudinem vestram superiores novas literas acceptisse, quas principis Condensis legato ad vos profisciscenti dederam. — Ex eo tempore missa sunt ad me nova quædam Gallica quæ nullis mutatis syllabis ad C. V. mittenda putavi: ut intelligas quanto conatu quantas nugas Cardinalis Lotharingus nobis cum omni sua phapforum caterva ediderit. — Sed hæc antiqua ecclesiæ ratio et consuetudo fuit, tum demum victoriam adipisci cum desperata omnia videntur juxta Christi sententiam. In infirmitate virtus mea perficitur. — Itaque per universam Galliam ecclesiæ florent ut cum maxime et quamvis aliquantis per cursus evangelii in urbe Lutetia et illa tota vicinia retardetur, non sistitur tamen et in aliis provinciis tanta quotidie fit ad ecclesiam Christi accessio, ut nihil aliud quam phapforum querelæ audiantur clamitantium, sibi aliunde quam ex mifferationibus victum quærendum esse. Magna est autem procerum nostrorum expectatio de legatione vestra, quæ nisi quid habeat Germanici roboris non multum proficiet. — Necesse enim, tanquam clavum clavo, hic hispa-

nicas minas Germanico terrore pelli — Itaque peto a C. V.
ut eam rem curæ habeat et magno . . . alicui principi
eam legationem mandandam curet. — Illustriss^e princeps vale
et salve. — Deus C. V. quam dintissime nobis incolumem
conservet a R. Navarræ brevi litteras multas expecto.

Argentorati XXIII Aug. 1561.

Illustr^{ae} Celsit^s deditissimus Hotomann^s. Dr.

VII.

Dem Gesuche Hotmann's um eine Gesandtschaft der deutschen Fürstenhöfe nach Frankreich an den Hof mit einem Mann von hohem Rang und Ansehen erklärt sich der Landgraf für sich und den Kurfürsten von der Pfalz willfahren zu wollen — verbittet sich weitern directen Verkehr Hotmann's mit seinem Sohne Wilhelm von Hessen in solchen Angelegenheiten, die übrigen deutschen Fürsten würden den Uebertritt der Calvinisch Gesinnten in Frankreich zur Augustana zur Bedingung stellen, weshalb auf deren Beitritt nicht zu bauen.

Landgr. Phil. / Hotm.

Spangenberg 1561. September 18.

Philippus Dei gratia Landgravius Hassiæ comes in Catzenelbogen etc. etc.

Præmissa nostra clementi salute, Honeste et doctiss^e vir.

Literas tuas, quæ datæ sunt Argentorati 23. Aug. uua cum Gallicis novis accepimus. —

Quantumvis autem multum instes et urgeas, ut a Germaniæ electoribus et principibus legatio in Galliam expediatur, quod equidem palatinus elector et nos lubenter vellemus — attamen ea legatio tali ratione ac modo, ut tu fortasse desideras, non impetrabitur. — Nam palatinus Wolfgangius et dux Würtembergensis, item Marchio Brandenburgensis

elector, marchio Joannes et alii præterea, ut putamus, elector Saxoniæ talem legationem alia ratione nobiscum facere nolunt, ni Germaniæ electorum et principum legati Gallicos principes, ut Augustanæ confessionis conformiter vivere et Calvini et Zwinglii doctrina se abstinere voluerint adhortentur.

Quapropter, si Galliæ principes potuerint ferre neque eis molestum fuerit, ut legatio hac ratione fiat, tunc facile impetrabitur, ut legatio in Galliam consequatur. — Nam alio modo apud prænominatos Electores et principes non obtinebitur. — Verum palatinus elector, et nos hac etiam omissa conditione legationem facere vellemus.

Secundo quod tibi consultum videatur, ei legationi aliquem magnæ autoritatis principem præfici, nobis non displaceat et in hoc consentimus.

Si id autem in hunc finem fuerit propositum, ut nostro filio Wilhelmo hæc functio mandetur, nos nullo modo permittemus, ob multas prægnantes caussas.

Et si volueris nostram gratiam et benevolentiam retinere a talibus practicis desistas et nihil clam nobis cum nostris filiis agas.

Hanc nostri animi sententiam etiam tibi Germanice scribimus, ad quam linguam nostram referimus et poteris curare, ut literæ nostræ Germanice adscriptæ per aliquem in Itioma latinum transferantur.

Benevolentiam et gratiam nostram tibi offerimus. —
Datae Spangenbergæ. 18. Sept. aº D. 1561.

VIII.

Gesandtschaft mehrerer deutschen Fürstenhöfe nach Frankreich zur Vermittlung zwischen den feindlichen Partheien.
— Verbot des Zuzugs aus deren Gebieten nach Frankreich.
Ertheilung von Rathschlägen zur Kriegsführung.

Ullendorf 1562. Mai 26.

Chr. Harsack, Secret. des Landgr. v. Hessen an Vezines
(Condé'schen Abgesandten).

Meinen ganz willigen geflissenen Dienst zuvor, Edler und Ehrenmässiger, günstiger, lieber Junker.

Es ist mir bevolhen wordenn, euch zu verständigen, wiewol ich's darfür halte, das Ir es albereits nunmehr wissen werdet, das der Pfalzgrave Churfürst, mein gnädiger Fürst und Her zu Hessen, der Herzog zu Wirtenberg und der Markgrave zu Badenn sich verglichenn habenn, ein Botschaft inn Frankreich zu schicken, welcher Chur- und Fürsten Gesantenn den 3. Juny schirst künftig zu Strassburgk ankommen und volgents dadennenn, so fernn sie von dem König zu Frankreich sicher glaide bekommen, stracks inn Frankreich ziehen und allen möglichen vleiss anwendenn werden, die Sachenn zwischen den Partheien zu vertragen.

Darneben wil ich euch auch nicht verhaltenn, wiewol die fürnembsten Chur- und Fürsten in Deutschland so der Augspurgischen Confession verwant seindt mit ganzem Ernst verbietenn habenn lassenn, das sich Niemants bestellenn lassen und in Frankreich ziehenn solte: — dass doch gleichwol über sollichs ernstlichs verbietenn ezliche so nicht viele zu verlieren haben, hinweg ziehen, auch unerachtet dessen, das ezliche desshalbenn bestrickt wordenn.

Es seindt aber der mehrertheil derselbigen, so sich also hinweg begebenn und in Frankreich ziehenn, schlechte Leuthe, auszuscheidenn die so auss des Bischoffs Lande seindt.

Es were sehr gut, das inn Frankreich in Zeitenn zur

Sachenn gethan wurde, und da Euch gute Mittel verstundenn, alss nemlich das die Religion frey gelassen wurde und ob sonsten nicht allenthalbenn nach euwerm willen erginge, und wie Jr es gerne hettet, das Jr alsdann solliche Mittel nicht abschläget.

Ezliche Kriegsverständige meinen, ewer Heern liegen zu lange im Armbrust.

Weitter so disputiren sie dahin, wann Ewer widderwertige Euch mit reisigem Gezeug zu stark, dass gut möchte seind, dass Jr thettet wie Kayser Carolus that, dass Jr Evern Lager schläget neben und bey einer grossen Stadt, dieselbige wol besetzt und hettet Evern Lager darnebenn wol verschützet, so müssen die Feindt uff einen Tag mit Euch stürmenn und schlagen, welchs Jnen schwer zu thun wurde sein.

Welchs ich Euch nicht verhaltenn sollen und bin Euch zu dienen ganz willigk.

Datum Ullendorff an der Werra, den 28. May 1562.

Euer dienstwilliger
Chr. Harsack.

Zettel.

Ich weiss dass mein gnediger Fürst und Herr gerne wolte, dass der Parthei der Evangelischen in Frankreich deutsche Ritter zugeschickt wurden, darumb were gutt, dass die Evangelischen in Frankreich selbst Jemants mit Gelt und Bestallung heraus schickten, ezliche deutsche Reitter anzunemenn. (Signatum ut in sup^s.)

Zettel.

Es habenn die Predicanten der französischen Kirchen so zu Orlanz versamblet, itzo an meinem gn. Fürst u. Hr. zu Hessen geschriften. — Denselbigen werdet Jr dasjenige, was ich Euch in diessem meinem Schreiben anzeige, auch wol zu berichten wissen. (Signatum ut in sup^s.)

Zettel.

Wann Jr neuere Zeitungen hettet so bitt ich dienstlich,
Jr wellet mir dieselbigen bey gegenwertigenn Bottenn mit-
theilen und zuschickenn.

(Datum ut in sup^s.)

E. Gn. dienstwilliger
Christophorus Harsack.
Hassiæ principis Secretarius.

Zettel.

Vir clarissime, quod si ea quæ lingua nostra vulgari
scripsimus satis assequi non potes, rogo ut Dr. Sturmum rec-
torem Scholæ Argentinensis aut alium quempiam virum fidum
eadem ex lingua nostra germanica in latinam vel Gallicam
transferri cures. (Signatum ut in sup^s.)

IX.

**Stand der Kriegsvorkehren in beiden Lagern Frankreichs. —
Ersuchen um Erwirken einer Hülfeleistung seitens seiner
fürstlichen Herren. — Zum Friedensversuch wolle man noch
Hand bieten, wenn die Bedingungen der Gegner nicht zu hart.**

— Warnung vor Joh. Sturm.

H./Chr. Harsack.

Strassburg 1562. Juni 7.

Clarissime vir, Hodie venit ad ædes mias nuntius illu-
strissimi vestri principis qui dixit, se data opera missum esse
huc a vobis, ut D. Vesinio nostro vestras litteras afferret.
Eas pro conjunctione nostra resignavi, nam huc missus sum
propter eas caussas quas principi vestro scripsi.

Abest autem Vesinius evocatus Heidelbergam a Palatino,
sed spero eum intra biduum reversurum. — Interea gratiam

habere tibi volui pro studio et opera quam proceribus Aurelianis optimam navas: et confirmo tibi eos gratiam relatuos.

Quod scribis de consilio principis vestri ut firma præsidia collocentur in urbe proxima, id factum est. — Tenentur firmo præsidio Aureliæ, Blois, Tours, Gien, Mans, Lion, Valence, Vienne, Montlimar, Villefranche, Mascon, Challons-sur-Saone, Rouen, Bourges, Le Havre de grâce portus firmissimus ubi captæ sunt quatuor triremes instrumentissimæ; tenentur et aliæ urbes non paucæ. — Denique omnia ita sunt parata, ut quantum per humanam rationem licet conjicere, exploratam habeamus victoram. — Id quod ita dicimus si modo soli Galli cum solis Gallis negotium habeant. — Sed cum Guisani viderent, se in Gallis destitutos, evocarunt Hispanorum 6000, totidem Helvetiorum, fere totidem Germanorum, quæ res non sine caussa nostros commovet, nam prius rem gerere non potuerunt. — Quare si quid animi habes erga nostras ecclesias, erga Regem christianissimum, serenissimam ipsius matrem et proceres Aurelianos, te per Dei misericordiam oro atq. obtestor, ut ab illustriss^o principe vestro aliquid subsidii impetres: et patronos causæ tuæ stipulatores tecum adhibeas amplissimum virum D. Cancellarium et clariss^m virum D. Simonem Bringium, quorum in pietate magnam spem posui. O cquin ius rediit Aurelias XXVIII Maji; proceres incredibili gaudio affecti sunt, cum de principis vestri animo certiores facti sunt. — Rogo etiam ut illustriss^m principem Wilhelmum meo nomine honorificentissime salutes: et illius celsitudinem vehementer ores ut a parente suo optimo subsidium impetret. — Quod antem per Ocquinum mihi mandavit ut de pace ageremus: de quo etiam in vestris litteris ascripsisti: confirmo tibi, vir clarissime, nihil æque a nostris proceribus optari quam pacem. — Sed pacis unica conditio fere est, ut omnes Evangelici dignitate et fortunis suis spoliati non comburantur quidem ut antea, sed e regno in exilium abeant. — Quod, ne Guisiani non satis testatum relinquenter,

in supplicatione Regi oblata 4 Maij . . . ita scripserunt,
quemadmodum propediem videbis una cum responso illustri
principis Condensis.

Hic nolo prætermittere quod ascripsisti de Joanne
Sturmio, ut interpres esset vestrarum litterarum: posthac
si placet dominatio vestra sibi ab illo homine in hoc nego-
tiorum genere cavebit: nam mandatum a nostris proceribus
habui, ut senatum certiorum ea de re facerem, ipsum studio-
sissimum esse Cardinalis Lotharingici clientem et interceptas
suas esse litteras, in quibus se Alexandrum Montanum appellat;
præterea necessitudinem esse summam inter illum et Rons-
calonium qui diu Heidelbergæ vixit. — Addunt, illum quin-
gentos florenos quotannis a Cardinali Granvellano episcopo
Amebatisi annos jam plus octo accipere: cum præterea 400
libras a Gallo habeat: qua de caussa puto, illum exauktoratum
a Regina fuisse. — Ea de re plura audies; interea si quid
ad nostros proceres habeas vide ne quid ad illum odoris
perveniat.

His vale vir clarissime

Argentorati VII Junij 1562.

Humanitatis tuæ studiosissimus.

Hotomannus Dr.

X.

Hülfsgesuch der Stände von Orléans an den Landgraf Philipp
von Hessen unter Absendung des Freiherrn von Dhon und
des Edeln von Schomberg im Namen von König und Königin
Mutter. — Bericht über den bisherigen Gang der Dinge in
Frankreich.

H./Landgraf Phil. von Hessen.

1562. Juni 7.

Durchlauchtigster, hochgeborner Fürst, gnädigster Herr.
Es haben mich der Prinz v. Condé, der Admiral und

andere Fürsten des Orléan'schen Kriegsvolks abgefertigt und bin gestern zu Abend anhero gein Strassburgk kommen.

Als ich zu Orléans abgezogen, welches der 29. May war, seindt die Sachen in dissem Stande gewessen:

Es wollte der Prinz v. Condé den 7. Juny Nachmittags von Orléans abziehen und seinen Lager verrucken — nicht derhalben, dass er albereits zum Kriege genugsam gefasst sey, sondern dass er menniglichen zu Gefallen wäre — denn Jedermann ruft und begert, dass er sein Kriegsvolk nur eine Meile Wegs hinausfüre, alsdenn werde Jedermenniglich zulauffen.

Er hat auf disse Zeit bey sich zum wenigsten fünfzehn-thausendt zu Fuess und fünfthausent Pferde. Mit Geschütz und Anderm dazu gehörig ist er nichts gefasst. Es seindt aber die Evangelischen (so viel man auss menschlicher Vernunft abrechnen kann und mit Verleihung Gottes) den Gwisanischen an der Zaal des Kriegsvolks, an Dapfferkeit, an Geld, auch an Begierde zu schlagen weit überlegen — dann es haben die Gwisanischen beinahe nichts von Kriegsvolk als Parisische Sacktreger, Trösser, Köche, Südeler und ander losses Gesinde, welche zu ehister ihrer Gelegenheit nichts Anders im Sinne haben oder begeren dann die Stadt Pareis zu plündern. — Darnach werden Viel vom Hoff sich zu uns begeben, deren Namen ich indessen meinem Schreibenn der Unsicherheit halber nicht nambhaftig machen wil. — Were ich aber bei Ew. Gn. wollte ich Iro alle geheime Dinge sagen.

Witer hat die Königin heimlich zu unsren Fürsten eine Botschafft geschickt und durch die Barmherzigkeit Gottes gebetten dass Ir bald Hülff geschee, dann unsere Feinde hetten sie stranguliren wollen, sie geheissen eine Florentiner und gedrauwet sie zu erwürgen. Es habenn der Herzogk von Gwise, der Connestable und der Marschalk von Sanct André uff Begeren des Babsts und des Königs zu

Hispanien auch zu derselbigen gefallen ein öffentliche Declaration des katholischen Glaubens zu thun, dem König und der Königin auf 4^t Tagk May ein Supplication übergeben, das alle Fürsten, Stände und andere des Königs Underthanen sich der Confession von den Sorbonisten, auss den Artickeln der kathol., apostol. und römischen Kirchen gemacht und gezogen unterschriebenn, und welche solchs weigerten sollten des Königreichs verwiesen werden.

Sollicher Supplication, auch des Prinzen v. Condé darauf gethaner Antwort, in Druck verfertigt, bin ich täglich gewärtigk — und hat mir der Prinz von Condé bevolhen, Euern Gn. sollichs zuzuschickenn, damit Euer f. Gn. sehenn möge, was Gestalt mit Denen Fridde gemacht werden könne, welche in ganz Frankreich nicht einen einigen Orth ledig gelassen, da die ware Religion frey gepredigt werden möchte.

Es hat der Babst den Gwisanischen alle Monat fünfzigthausent Chronen zu bezalenn zugesagt, hat auch allbereits die erste Bezahlung erlegt. Die Schweizer so Papistisch seindt haben den 22. Mai uff dem gehaltenen Tage zu Solothurn den Feinden sechsthausehd zu Fuess zu schicken bewilligt und ist Frolich desselbigen Kriegsvolks Obrister.

Aus Hispania werden auch sechsthausehd zu Fuess und etliche Reutter geschickt, welches dem Admiral vom Hoff, zwen Tage zuvor, ehe ich zu Orlanz abgezogen bin, kuntbar gemacht worden, haben auch des andern Tags, das sollichs also wahr sey, auss einem aufgefangenen Schreiben verstanden, darin dem Herrn von Burien Gubernatoren in Aquitonia bevolhen wardt, demselbigen Kriegsvolk entgegen zu ziehen.

Alss sollichs Monluccius, der fürnemst Kriegsmann unter den Papisten erfahren, ist er mit ezlich Kriegsvolk nahe an Tholosen (Toulouse) gerückt. Da seindt die evangel. Burger zum Rathhaus gelauffen und das Geschütz zu sich genommen — so haben die Papistischen die Pfortenn und

Thore eingenommen. — Es ist aber durch ezlicher Leuthe Underhandlung widderumb Fridde gemacht worden. — Und als der Fridde gemacht und die Waffen hingelegt, haben die Papisten der alten Regel nach, dass den Ketzern kein Glaube gehalten werden solle, die Unsern unverwarnt und ungerüstet überfallen. — Es ist Monluccius widderumb ab und zurückgefördert wordenn, welcher in einem Tage einthausend sechshundert und funffzig Personen gewürgt und auch viel sämel gefenglich eingezogen hat. — Alss sollichs die Unsern erfahren, seindt sie ganz betrübt worden und ist der von Andelot in das drittägig Fieber gefallen. —

Es haben die Sorbonisten mit dem Parlament zu Pareis einen Fridden gemacht und sich mit einander verglichen des „Artikels“ halber, das der nicht vor ein König zu halten sey, welcher vonn der Romischen Kirchenn abfällt, sonderlich weill der Konig zu Frankreich genant werde der Allerchristlichste Konig und ein erstgeborner Sohn der Romischen Kirchenn. — Ob welcher der Sorbonisten Vergleichung und Schliessung die Papisten durch ganz Frankreich ein grosse Zuversicht geschept haben — also dass zu Angiers die Unsern, als sie Ire Wehre hingegen und Fridde gemacht, von den Papisten unversehenlich überfallen und erwürgt worden seindt. — Die vornembsten under den Papisten rieffen: „Es lebe unser Koningk der von Gwisse“ — sie schämeten sich auch nicht uff Iren Helmlein seidene Feldzeichen von geler und roter Farbe zu führen, welche zwo Farben deren von Gwisse und Lotringen Farbe seindt. — Die von Pareis sagen öffentlich: man solle die Konigin In Italien schicken und das sie keinen Konig haben wollen, Er sei denn katholisch — es sei Inen aber zu einem Könige gegebenn vonn Gott der grosse Konig von Gwisse.

Ich kann nicht umbgehen, Ew. f. Gn. zu berichten, dass ew. fürstl. Gn. die Dinge vonn der Königin, darvon ich hier oben meldung gethan, welche in grosser Gefar ge-

wessen, das sie nicht von den Gwisanischen stranguliert wurde, in des Prinzen von Condé Antwort, welche er neulich zu drucken bevolhen hat, lessen werden, uf das Ewere f. Gn. hirann keinen Zweiffel tragen. — Es wirdet auch mir in den Credenzbrievuen so Ich in Kurzem Ew. f. Gn. zuschicken wil, von sollichem under anderm Ew. f. Gn. zu berichten bevolhen.

Ich bezeuge mich vor Got, welcher mich alspalt wan ich liege (lüge) undergehen lasse, das ich selbst von dem Bischoff vonn Valence, als er gen Orlanz geschickt war, gehört habe, das er disse Worte sagte: Es hat mir die Konigin gesagt: Sie haben mich stranguliren wollen und drauwen mir zum Ersten die Gorgel abzustechen — also bringt die Koniginn Tagk und Nacht hin zu schreien und weinen und hat nechst Got alle Ire Hoffnung uf den Prinzen von Condé und den Admiral gesetzt.

Vom Konig zu Navarra darff ich nichts schreiben, dan man hofft, er solle palt die Tyrannen verlassen, mitler Zeit wollen wir Inen nicht angreiffen oder verzürnen. So hat man auch ein Hoffnung zum Connestable.

Die Königin von Navarra, die betrübste unter allen Weiberen ligt zu Vendome verborgen, kommet zu Niemants, ist Tag und Nacht in Bekümmernus und bringt die Zeit hin mit klagen und weinen. Sie fragte mich vielmals, was ich vor eine Hoffnung zu den deutschen Fürsten hette, ob sie sich nicht versuchen wurden, diss Konigreich Frankreich von einer solchen Tyranney zu erlössen.

Nachdem sich nun die Dinge also erhalten wie obgemelt alss haben die Stende zu Orlanz vor gut angesehen von Ew. f. Gn. Hilff zu begeren — dan wie wol sie ein Mehrers, besser und getrewer Kriegsvolk haben alss unser Feinde, jedoch weil sie bedenken, das der Capitain Frolich sechsthauseent Schweizer, der von Buron sechsthausent Spanier, der von Roggendorff dreithausent deutscher Pferde,

und der Reingrav zwölff Fenlein Knecht dem Feinde zu führen, und das der Babst und die Bischoffe mit Gelt Hilff thun, so haben sie beschlossen auch frembter Fürsten Hilff zu begeren. — Derwegen sie auch den Freiherrn von Dhon zu Ew. f. Gn. abgefertigt, welcher aber umb der Unsicherheit willen nicht mehr als ein Schreiben an den Pfalzgraven Churfürsten mit sich gehabt, die andern Schreiben, welcher an der Zaal sechs und zwanzig waren, seindt uff der Post gein Leon geschickt worden uf das sie da dannen durch die schweizerische Post weiter geschickt wurden. — Es ist aber der Bot nach dem Willen Gottes welcher Alles regirt, nidder gelegenn welchs uns nicht wenig bekümmert gemacht, dann erhielten viel Brievv an die Schweizer, dessgleichen an die deutschenn Fürsten — derwegen ist bedacht worden, die Briefe in andere Wege zurecht zu schicken. — Also ist ein junger Deutscher von Adel, Chunradt von Schombergk uff der Post abgefertiget worden mit einem Credenzbriff an Pfalzgraven Churfürsten — die andern Brivve haben sollen kommen durch Burgundt und einsstheils durch Schampanien und Lothringen. Der Bot so durch Burgundt reiten sollen ist noch nicht ankommen, so habe ich auch alhie von dem von Schombergk nichts gehört, ich hoffe aber, er sey zu Heidelbergk gewesen.

Dem aber sey wie ime wolle, so habe ich diesses zu Bevelch:

Es begeren die Stende zu Orlanz, das E. f. Gn. durch die Barmherzigkeit Gottes inen zu ehister Zeit welle ezliche Reutter zu Hilff schicken und dieselbigen ezliche Monat besolden, dergestalt, dass Ew. f. Gn. alles Geld, so hiezu aufgewendet, getrewlich widergegeben werde, derfür sie, die Stende, Ew. f. Gn. alle Ire Güter, beweglich und unbeweglich verpfenden. Die Stende begeren sollichs so heftig und empsig, das sie auch mehr nicht thun kontenn — sie versehen sich auch, ess werde der aller Christlichste Konig

und seine Frow Mutter die Konigin Ew. f. Gn. darfür sich dankbarlich erzeigenn.

Wurden aber sie die Stende von dessen von Rogendorffs und des Reingraven deutschen Kriegsvolk underdrückt und Jnen und den evang. Fürsten kein Hilff gescheenn, so wollen sie protestiren, dass sie in Ihrer gerechten und pillichen Sachen zu Erhaltnus der Religion, des Koniges und des Vaterlandts hilffloss gelassenen worden seien.

So viel mich belangt habe ich sie alwegen getröstet und gesagt, sie sollten in gutter Hoffnung sein, Es wurde E. f. Gn. Inen Hilff schicken. Dergleichen habe ich auch dem Pfalzgraven und dem Herzogen von Würtembergk geschrieben. —

Ich bitte den Almechtigen Got, das er Ew. f. Gn. zu Errettung und Beschirmung der Kirchen In Frankreich, des Koniges und der frommen Konigin erwecken wolle und so Ew. f. Gn. Hilffe thun wollen, muss solliches fürdersich gescheen. Es sei denn das Ir. wollet das Euch bald zu erkennen gegeben werde, das die Stende Schadenn erlitten und des Unglücks einseits In Deutschland in kurzem — da es Gott nicht verhütet — kommen werde.

Damit Got bevolhen zu Strassburgk den 7. Juny 1562.
 P. S. Ich bin vom Schreibenn müde, dan ich habe auch gleichergestalt den Pfalzgravenn und den Herzogen von Würtembergk geschrieben, bitte derowegen undertheniglich, E. f. Gn. wolle von dissen Dingenn die Fürstenn zu Sachssen berichten, das sie mich entschuldigt nemen. Sie habenn Petrum Clarum abgefertigt, sie wissen aber nicht, das derselbige von ganzem Herzen gut Gwisianisch ist, so wirdt ime auch der Prinz von Condé nicht glauben. Begere das sollichs Ire f. Gn. erfahren mugen.

E. f. Gn. gehorsamster Diener
 Hotomannus Dr.

XI.

Erneuertes Hülfsgesuch mit Bitte um beschleunigte Hülfeleistung unter Darlegung der Sachlage in Frankreich.

H./Landgr. Phil. v. Hessen.

Strassburg 1562. Juni 16.

Illustrissime princeps, clementissime etc.

Scripsi jam aliquoties Cⁱ V^{ae} et nuntiavi quid mihi a proceribus Aurelianis mandatum esset. — quoniam autem omnes legati vestri huc jam pervenerunt qui C. V^{ae} scripturi sunt, deesse officio meo nolui et hanc occasionem prætermittere iterum atque iterum suppliciter C. V. rogandi, ut si quid subsidii nobis estis missuri id primo quoque tempore facere velitis. —

Movet me caussa communis — unum enim Deum colitis, et unam religionem, cuius defensio ad vos aequa ut ad illos pertinet. —

Agitur etiam honor et existimatio vestra apud omnes mortales, nam si nostros deseratis Papistæ posthac clamitabunt, plus esse pietatis in phaffis vestris quam in principibus protestantibus. — Phaffos enim et pecuniam et milites Gwianis subsidio misisse, vos autem miseras ecclesias afflictas deseruisse.

Considerandum est præterea, periculum hoc non solis Gallis sed etiam Germanis imminere — constat enim conspirationem factam esse de religione evertenda non solum in Gallia, sed etiam in Germania, præsertim absoluto Tridentino Concilio.

Neque vero prætermittendum illud est, adepta a nostris victoria summum vobis inde fructum et emolumentum redditurum esse, propterea quod papistica tyrannide in Gallia extincta longe tutior et securior erit Germania.

Eo accedit gratia quam inibitis a Rege, Regina ipsius matre, proceribus, denique ab universa nobilitate Gallica.

Quare si quid hæ rationes et ejusmodi quam plurime apud C. V. valent suppliciter peto quæsoque ne moram ullam in deliberatione interponatis, nam proceres nostri summam in caritate et benevolentia vestra spem collocarunt; ajunt n. C. V. sæpe illis anno superiore multa studia vestra detulisse et confirmasse, amicitiam vestram illis non defuturam.

Itaque tempus nunc venisse aiunt et necessitatem, a C. V., flagitare aliquid repentinis subsidii, — præterea solum rumorem qui passim disseminabitur de subsidio Germanico vim habiturum esse incredibilem tum ad terrendos Parisienses, tum ad nostrorum militum animos excitandos. — Nam sine dubio si duo equitum millia jam haberemus et peditum quatuor millia (quantum humano judicio augurari licet) victoriam in manibus haberemus. — Etsi autem postulamus ut C. V. stipendium unius ant alterius mensis prænumeret, tamen proceres nostri vobis daturi sunt cautionem et hypothecam qualem exoptaturi estis. — Denique nisi caussa Jesu Christi vos moveat frustra plura scriberem. — Peto igitur a Deo, ut animum V. C. excitet et vestram Illustriss. familiam spiritu sancto suo gubernet. — Illustrissime princeps, clementissime domine, vale et salve.

Argentorati 16. Juni 1562.

Hotomannus.

Z e i t u n g .

Es seindt itzo newe Zeitungen aus Frankreich kommen, dass der Prinz von Condé sein Lager verrückt habe, um demnächstens uf Pareis zu ziehen, dan es seien nunmehr die Gasconier und die Provinzier, uff welche man so lange gewartet hat, ankommen. —

Es seindt vierthausent Spanier gein Aiguesmortes kommen, die ziehen stracks uff Vesier, dieselbige Stadt einzunehmen. — Die Schweizer seindt noch nicht auss Irm Lande, dan die von Bern Inen den Durchzug verhindern, darzu auch

andere mehr Hilff und Fürschub thun. — Die Valenser uff der Grenz Saffoyens schicken dem Prinzen von Condé zweithausent Knecht zu Hilff. — Die zu Leon und im Delphinat haben keinen Mangel, aber die in der Provinz leiden noth. — Der Tumult zu Thollossen (Toulouse) hat geweret vom VI May an bis auf den Pfingsttagk, uf welchen Tagk bis zu zweithausent Christen auss der Stadt vertrieben wordenn, da sie doch albereits etliche Tage herrauff grossen Schaden gelitten. — Under denselbigen seindt hundert und zwanzig Personen; welche sich von den andern abgesondert hattenn und in die nächste Stadt ziehen wollten, von den Feinden erschlagen worden. — Volgents hat in der Stadt Galiardo (Gallardon) der Cardinal Stroza von Pfaffen achthundert starrk, zweyhundert erschlagen. — So seindt auch darnach zu Thollossen sechzig erschlagenn worden und die so gefenklich eingezogenn, werden taglich getötet. — Zu Narbon und Carcassonne seindt alle Christen gefenglich eingezogen worden, welche teglich heimlich in der Gefengnuss getötet werden. — Zu Pareis seindt alle Christen aus der Stadt verjaget und mit weissen Steckenn aussgewissen worden, welche volgents unter die Feindt kommen und von denselbigen übel geplagt werden. — Zu Dijon seindt auch alle Christen auss der Stadt vertriebenn, ausserhalb die Reichestenn, werden von Hern Tavannes im Schloss gefenglich enthalten. —

Wan die deutschen Fürsten nicht förderlich und eilendts den Christen etwas Hilff schicken, so werden sie in grosser Gefahr sein und balt vernemmen, dass disses Sprichwort nicht weniger war alss alt sey: „Wan deines nechsten Wandt brennet, so gehet dir das Unglück auch zu Hauss.“

Zu Strassburgk den 16. Juny anno 1562.

XII.

Dank Hotmann's für das Entgegenkommen des Landgrafen im Gegensatz zu dem ablehnenden Verhalten der übrigen deutschen Fürsten. -- Bitte um beschleunigte Truppensendung.

H./Landgr. Philipp.

Strassburg 1562. Juni 22.

Illustrissime princeps, clementissime etc.

Intellexi ex literis D. Burgravii Baronis a Dhon (qui nuper legatus procerum Aurelianensium apud C. V. fuit) quam sancte et quam pie C. V. parata sit, nobis subsidium mittere, qua de re statim illis proceribus rescripsi, ut eorum animos, externis Hispanorum Helvetiorum et Germanorum copiis nonnihil fortasse territos, ad melioram spem excitarem. — Volo etiam C. V. gratias immortales agere, quod primus incipias milites nostra caussa conscribere, nam alii principes viciniores semper nobis respondent, se idem facturos quod alii, sed præterea nihil. — Ita quinque settimanæ in ista tergiversatione abierunt, cum nemo illorum teruncium adhuc erogavit, tametsi proceres nostri quamvis hypothecam et cautionem illis offerant: Ego certe dolore animi commotus coactus sum nonnullis scribere, illos idem facere acsi quis domum vicini sui conflagrantem aspiceret neque subsidium ullum afferret, sed rogatus de ope afferenda responderet se idem facturum quod alii vicini atque interea domum incendio ardere sineret. — Demonstravi etiam pudendum esse, Hetretios (qui pro rusticis et agrestibus hominibus numerantur) paratos esse, tantum subsidii nostris mittere quantum papistæ Gwisanis mittunt, atque ea ratione deterruisse papistas ab itinere capessendo, illustrissimi autem Germani Principes, qui toties Reginæ et principibus Christianis omnia amicitiae officia promiserunt, nulla misericordia tantarum calamitatum commoveri: nam quotidie ex urbibus ejiciuntur Christiani qui ubi in militum insidiatorum manus inciderunt, spoliantur,

vexantur, et aut male multati ac vulnerati mendicare coguntur, aut in ipso vestigio trucidantur. Præterea tyranni Gallici quotidie contumeliosissime derident principem Condensem quod aliquid spei in principibus Germanis posuerit a quibus jam se frustratum videat. — Et possum sancte apud C. V. confirmare, principis Condensis animum nulla re æque tentatum fuisse. — Solet enim optimus princeps dictitare, se non petere a principibus Germanis ut illi dono dent aliquid pecuniæ, aut ut stipendum de suo conferant et militibus persolvant: sed ut quavis hypotheca aut cautione accepta non graventur stipendum unius aut alterius mensis prænumerare; quod postea ipsis fidelissime reddatur. — Quare suppliciter a C. V. peto quæsoque, princeps illustrissime, ut aliorum principum cunctatione neglecta primus hunc honoris florem decerpas et ante omnes equitum ac peditum aliquot copias celerrime in fines regni mittas, neque aliorum principum respcionem spectes qui semper ajunt, se exspectare quid alii facturi sint. — A Saxonia certe nihil exspectare possum, utpote qui nimium procul absint.

Quantum ad duces itineris — nos jam prospexit. — Habemus 20 nobiles Lotharingos qui nobis viam certissimam demonstrabunt et de commeatu providebunt. — Præterea Trecenses (i. e. incolæ urbis quæ vocatur Troies en Champagne) tantum meas literas expectant: ut urbem suam occupent ut Germanis præsto esse possint: ibi magna est copia tormentorum et pulveris. — Deinde multa sunt alia mysteria quæ non audeo chartæ et atramento committere; poterit C. V. aliquid divinare de Gallina et pullis. Hoc cum quingentis equitibus tam facile est quam cum centum millibus. — Si C. V. dignetur hoc subsidium statim nobis mittere volo cruciatus omnes subire, nisi Regina et nostri proceres de liberis C. Vestræ quam optime et quam liberalissime mereantur. — Memini enim, cum Ocquinus diceret Admirallio: Nullum habetis meliorem amicum illustrissimo Landgravio, respondisse illum:

Si vivam comperiet me gratum et memorem saltem in suis liberis, si ipsius Celsitudini inservire non possum. — Itaque, ne multis C. V^{am} morer, iterum atque iterum suppliciter a vobis peto quæsoque, ut omni mora prætermissa, omnium etiam aliorum principum omissa et inexpectata responsione, C. V. statim subsidium nobis mittat. — Interea Deum optimum orabo, ut illustrissimam familiam vestram spiritu sancto suo gubernet.

Illustrissime princeps, clementissime D. vale et salve
Argentorati XXII Junij 1562.

XIII.

In Erwiederung auf die beiden Hülfs gesuche d. d. 7. und 16. Juni will der Landgraf mit Hülfeistung entsprechen, wenn Würtemberg und Kurpfalz sich gleichfalls dazu herbeilassen, im Uebrigen verweist er wiederholt auf die Dissensionen in der Lehre vom h. Abendmahl.

Phil. v. Hess./Hotomannus.

Cassel 1562. Juni 26.

Phil. Dei gr. Landgravius Hassiæ.

Comes in Cazenelpogen etc. etc. / Fr. Hotom^o
litteras tuas 16. Junij Argentinæ scriptas accepimus et legimus.

Jam non ita facile procedit, sicuti tu putas et mecum specularis, ut velut in momento equites cogi aut conscribi possint, quasi picti aut sculpti equites essent qui semel et simul ex sacco ejiciuntur. — Non enim ignoras, si copiae equitum conscribi debent, tunc et pecunia opus esse et cautione qua equitibus de stipendio in singulos menses et aliis eam ad rem necessariis provideatur. — Miramur quod vestrates tam tardi fuerunt nec eitius sibi de germano milite prospexerunt, præsertim cum satis mature, mense nimirum Aprili,

in armis fuerint et tamen huc usque nihil quidpiam effecerint, sed potius permiserint ut hostium copiæ indies crescerent. — Et sane omnes mirantur, quod vestrates tamdiu cunctati sint et omnino nihil profecerint; cum tamen in initio numero militum hostes superarent; et inde suspicantur simulationem quandam adfuisse. —

Non ignoras quæ semper tibi et dixerimus, et scripserimus, videlicet, quicquid palatinus Elector et Dux Wirtembergensis facturi essent idem quoque et tantundem quantum singuli ipsorum nos facturos. — Hoc ipsum adhuc offerimus, nec ea in re quidquam in nobis desiderabitur. —

Ut autem nos solos huic negocio immisceamus nobis consultum non est. Et propterea necesse non est, sicuti jam antea tibi scripsimus, ut hac de re nos porro interpellas, sed potius Palatinum et Wirtembergicum sollicites: quicquid enim illi promittunt et præstabunt idem et tantundem quantum singuli eorum nos quoque ut dictum est præstabimus.

Ceterum brevi Palatinus elector et nos conveniemus, ubi coram de hisce rebus collocuturi sumus et tunc quo in statu res sint tu quoque certior fies. — Veremur antem ne non auxilium palam et manifeste subministretur, sed eo res deducatur, ut vestrates saltem in cogendis copiis, equestribus ac pedestribus juventur, iisque aliqua pecunia prænumeretur, quanquam quod ad pecuniam attinet certi nihil sciamus.

Quæ tibi vicissim significare voluimus. — Vale.

Cassellis 26. Junii anno domini 1562.

Zedula. Non ignoras quæ sit controversia in articulo De cœna domini. Qua in re Dux Wirtenbergensis, Wolfgangius Palatinus, Elector Saxoniæ, Duces Saxoniæ et fere omnes Germaniæ Principes, major quoque pars civitatum ejus sententiæ sunt cuius Lutherus fuit. — Cum autem Ecclesiæ Gallicæ diversam sequantur opinionem in caussa est, quod præfati Principes et Status difficulter sese de auxilio intromittent.

Miramur quod Regina Angliæ et Evangelici pagi in Helvetia, Berna videlicet, Tigurum, Basileæ et ceteri qui omnes vobiscum in articulo de cœna domini sentiunt Principi Condensi ejusque Adhærentibus nullum præstent auxilium. (Dat. ut in litt^s.)

Zedula. Intelligimus etiam ex literis tuis, vos omnino humanis confidere auxiliis et viribus. — Jam vero oportet ut Deo confidamus, qui verus est Auxiliator et qui parva manu magnum exercitum fundere potest. — Sed et vestrates ita sunt instructi, ut una die cum hostibus sufficienter pugnare possint. — Aliæ quoque occasiones et media quærenda iisque utendum est. — Multi humanis duntaxat viribus et non Deo confidentes sæpe damnum perpessi sunt.

(Signatum ut in litt^s.)

XIV.

Gesuch um Hülfstruppen zur Unterstützung der hugenottischen Kriegsoperationen. — Kriegsbericht.

H./Pfalzgraf.

Strassburg 1562. Aug. 24.

Illusterrimæ C. V. obsequentissimus Hotomannus.

Très illustre prince, nous venons présentement de recevoir lettre de Madame de Raye qui nous mande qu'elle arrivera demain en cette ville, Dieu aydant et que tout se portait fort bien à Orléans jusqu'au huitième de ce mois. — Le camp des ennemis était encores à Bloys; mais plusieurs coureurs avaient entièrement meurtry et ruynés tous les fidelles des petites villes d'alentour. — Poittiers et Bourges se portent fort bien. — La dite dame écrit que Billistain facteur du Rhingraff est dépêché pour lever dix enseignes de Lansknech et les mettre en garnison aux villes frontières

pour couper le passage à Monsieur Dandelot qui fait trembler toute la France. — Nous vous supplions très humblement à donner ordre et en advertir Messeigneurs les Princes nos voisins à ce que telle chose ne se fasse. — L'on pense que cent reuters estans en quelque village de Lorraine empêcheront aisément cette levée et en seraient d'autant plus de besoin que ces Billistain et Ozances veulent ruiner l'église de Metz, en chasser tous les fidelles et garder la ville pour y recevoir nos Guisars s'ils ont du pirc. Je vous envois des nouvelles que je vous supplirai très humblement vouloir communiquer à Messeigneurs les très illustres princes Duc Richard frères etc. V. E. les Ducs de Würtemberg et des Deux Ponts. — Je ne doute pour que Madame de Roye ne vous envoye visites de sa part et Monseigneur Duc Richard pour la remercier de la faveur qu'il lui a fait.

Très illustre prince je supplie le créateur maintenir V. E.
en sa Sainte grâce. Strasbourg, 24. d'Aoust.

Votre très humble et très obéissant
serviteur Hotomanus.

1562. Aug.

Nachrichten über die Kriegsereignisse.

Le Baron des Adretz¹⁾ bat la ville de Carpentras (Vaucluse) et tient-on qu'il ne durera, car ceux qui sont dedans ne sont gens de guerre.

¹⁾ Franç^s. de Beaumont, baron des Adrets (geb. 1513, gest. 1586). An der Spitze einer Schaar französischer Adelicher trat er damals auf die Seite Condé's, bemächtigte sich Valence, Lyon, Grenoble's, Vienne's — war einer der Hauptführer des hugenottischen Heeres, wurde wegen vermeintlicher Verrätherei gefangen gesetzt, aber durch den Frieden von Amboise, 19. Merz 1563, wieder freigelassen.

Les cinq villes de Piedmont que l'on disait être rendues au Duc de Savoie sont encores au Roy.

Les capitaines qui levaient gens à Milan ont été cassés, mais on a levé de huit à neuf cent soldats qui sont embarqués sur huit galères à Gènes pour secourir Avignon. — On pense qu'ils y arriveront tard.

Le Baron des Adretz en veult à ceux d'Avignon d'autant que c'est de là que tous ses ennemis prennent leur force et leurs secours et que jamais le Dauphiné ne sera assuré sans cela.

A. Romme est advenue une grande sédition contre le Pape à cause d'un subside dont il voulait lever le tiers sur la noblesse, à quoi s'est opposé un gentilhomme, nommé Laurenzo Capposuto, qui a tué le Barisol qui l'avait pris : on ne sait quelle en sera l'issue. — Le Capitaine Blaccony envoit au pays en Auvergne avec dix compagnies et à l'Abbaye de la chaise Dieu qui n'en est guère loin et fait grand frayeur aux papistes des environs.

Le Sieur de Monant, aussi pour le Prince de Condé, poursuit l'armée de Sommérives et de Carces qu'il a défait devant Cisteray et est après pour retirer l'Artillerie que les ennemis ont jetée dans la rivière nommée Durance. Mangeron s'étant mis dedans Tournus qui est près Challons, la ville a été prise d'assault par nos Suisses conduits par le capitaine Poncenat qui a deux mille harquebusiers et quatre cents chevaux de Lyonnais et six vingt de Gènes. Tout ce qui était dedans de gens de guerre y a été tué avec le lieutenant de Mangeron, mais le de Mangeron s'est sauvé.

Toute cette troupe est maintenant devant Challons. Il y a dedans plusieurs chanoines de Lyon. Le chef est le Sr de Fana.

Monsieur de Joyeuse s'est retiré à Narbonne. Le frère de Mons^r De Crussell a défait une troupe de cavallerie.
de Basle ce 22 d'Aoust.

Mandossé faict ce qu'il peult en ce pais de Suisse, mordisant de Monss^r le prince et ceux de sa compagnie et faignant de lever six mille hommes, mais jusques ici il n'a eû réponse qui le contente et pour certain ne fera rien de ce qu'il prétend. — Vrai est que pour le contenter ceux de Berne ont envoyé dire à leurs capitaines qu'après le temps expiré ils se retirent ou à Lyon signant la capitulation de La Levée ou en leur pays, mais il y a de l'intelligence entre eux.
de Lyon ce 8 d'Aoûst.

Monss. de Soubize, gouverneur de Lyon, a présentement eu un courrier de la part de Monss^r le prince lui mandant que la Royne estonnée de la déroute, des Anglais ès pays de Normandie, lui a envoyé la carte-blanche, mais que cependant on ne laissat de passer oultre en toute diligence.

XV.

Bericht über den Verlauf der Kriegsführung.

Strassburg 1562. Dec. 24.

H./Phil. v. Hessen.

Condiani cooperunt obsidere Lutetiam 28 die Novemb. in eorum exercitu non sunt pauciores 24 hominum millibus. — Postridie Regina in eorum castra profecta spem illis summam pacis et concordiae attulit. — Induciae pacta sunt dierum IX. — Connestablius aliquoties cum Admirallio locutus est. — Evangelicis templo in urbibus omnibus concedebantur praeter quam Lutetiæ Parisiensibus tamen dabantur templo extra urbem, sed non proprius duobus passuum milibus. — Cum de Nobilitate Condiana in bona sua restituenda

ageretur Guisianus contradixit. — Interea Dux Mompen-sienius introduxit Lutetiam Hispanorum duo millia: totidem Gasconum. Ita spes pacis sublata est. —

Condiani octo tantummodo tormenta secum habebant in his duo muralia — itaque nulla spes erat urbis per tor-mentorum oppugnationem occupandæ — scalas igitur pa-rarant. —

Guisius extra urbem suas copias disposuit, ipse in Car-thusanorum æde commoratur — Tormentorum tantum habet numerum, tot fossis e aggeribus, e propugnaculis se com-munivit, ut difficilimus ad illum sit aditus.

Cum oppugnatio per scalas tentanda esset, et omnes equites tum Galli tum Germani paratos te ostenderent, equis relictis in murum descendere Condæus certior factus est, Anglos adventare sed a Roghendorphio et Rhingravio pro-hiberi. — Anglorum sunt non minus VIII millia. Nuntius etiam allatus est, si suos Germanos ad Rhingravianos ad-duceret, fore ut illi ad ipsum deficerent. — Hac spe ad Anglos et Rhingravium profectus est: simul Carnutum (Chartres) oppidum locupletissimum occupat: in quo mura-lium tormentorum magnum numerum reperiet.

Lutetiæ sævit et pestis es fames et rerum omnium ca-ritas intolerabilis.

Undecima Decemb. Condæus stipendum Germanis dis-solvit; qui etsi semper ad prælia et pugnas sunt paratissimi, tamen aliis in rebus nemini parent, crudelitatem summam exercent: Omnia diripiunt, nec hoc tantum, sed etiam vastant et inutiliter vina et alias fruges disperdunt. —

Duodecima Condæus castra versus Carnutum movit, noctu Equites Parisienses circiter octingenti impetum in Condia-norum impedimenta fecerunt. — Sed omnes fusi et fugati sunt. — Monsieur d'Achon Dux illorum et Mareschalci Santandreani ex fratre nepos captus est.

Inter pacis conditiones Mareschalco Hassiæ insigne

Equestris ordinis regii dabatur, ut suos placide in Germaniam reduceret.

Aureliis sex hominum millia peste perierte, uxor Condæi dicebatur ipsa quoque periisse, sed vanus fuit rumor usque ad diem Decembris XII.

Monsieur de Genly, Eques ord. Regii, unus e Condianis noctu Lutetiam profugit et ad Parisienses defecit: frater ejus qui Biturigas prodidit.

Monsieur de Montgameni qui Rhotomagum propugnavit ductor est Anglici exercitus et urbem Caudebec in Normannia recepit.

Regina incredibili odio flagrat apud Parisienses qui se ab illa prodi vociferantur.

Andelottus plane convaluit et ad Condæum sexto induciarum die rediit. Modestissime tulit collocutionem Reginæ et pactionem induciarum.

In castris Condianis magna est copia omnis generis commeatus, sed Germani dimidiā partem crudeliter et inutiliter dispendunt ac ne principi quidem Condæo stricto gladio in illos irruenti morem gerunt.

Strasbourg 24. Dec.

Hotomannus.

XVI.

Gerüchte aus Metz über den Verlauf der Schlacht von Dreux und die darauf folgenden Ereignisse.

H. / Philipp Landgraf von Hessen.

1562. Dec. 29.

Illustrissime princeps, clementissime domine.

Scripsi . . . Celsitudini vestræ nova Gallica certissima usque ad diem huius mensis XII et literas misi Electori Pa-

latino. — Ex eo tempore allatus est hoc rumor mirificus eo
allatus Metis ubi quotidie fabulæ miræ finguntur; quo minus
ille rumor verus nobis videtur. — Aiunt prælium commis-
sum XIX hujus mensis proxime Carnutum quod Galli Char-
tres appellant — viciisse nostros, Connestablium cum aliis
proceribus permultis captum, Santandream, Magnum priorem,
Pianum interfectos, Amirallium et principem Nivernensem
mortifere vulneratos. — Helvetios et Hispanos ad unum
omnes cæsos. — Equites quoque celeres profligatos, Gui-
sium effugisse. — Sed biduo post occupatis nostris in spoliis
colligandis rediisse et Condæum secum abduxisse. — Id
quod etsi mihi veresimile non videtur tamen ne officio meo
deessem, putavi Cl. V^{ae} potius istuc quidquid est scriben-
dum quam nihil prorsus nuntiandum quam quod probabile no-
bis videtur — hoc mirum est, quod Condæus ad Carnutum
obsedendum profectus erat; neque veresimile est, Guisæum
tam ignavum fuisse ut oppidum illud tam opportunum ac tam
opulentum desereret. — Itali qui contra Lugdunenses evocati
fuerant, stipendii penuria domum redierunt. — Dux Nemo-
rensis inducias cum Adressio fecit: tantum in Delphinatu. —
Adressius interea ne nihil ageret, ad Avenionenses profectus
est, ut illos pecunia emungat. — Lugdunenses excursionibus
aliquot complures e Nemorri copiis profligarunt. — Si quis
istic esset Capitaneus qui ducentos equites ad Lugdunenses
deduceret præclare suis rationibus consuleret.

Illustrissimus princeps, vale 29. Dec. 1562.

Illust. C. V. dedissimus.

Hotomannus.

XVII.

Kriegsberichte.

H. / Philipp Landgraf von Hessen.

Strassburg 1563. Febr. 3.

Illustr^e princeps, clementiss^e domine.

Vehementer equidem doleo, nihil nunc ad nos perlatum esse dignum expectatione literarum vestrarum, quas proximas accepi et quibus prius respondissem si ad me tabellarius redisset. — Tantum hoc constat: Connestabulum esse cum Regina et principe Condæo in oppido Chastraudum quod Aureliis distat 17 millium et serio inter illos de pace consilia iniri. — Obses pro Conestablio missus est Aurelius Guisii filius Ginilli^s. Conestablius sancte Aurelianensis promisit, se pacem illis reportaturum. — Sed quod ad me attinet, non puto unquam illum unde discessit reversum. — Guisius (quod Regina ipso inscio Mareschalcos duos crearat, Viellivillium et Bourdillionem) triginta sex Equites ordinis Regii creavit, qui numerus post homines natos nunquam auditus est. — In illis est Salsedus quidam Hispanus qui negotia Episcopatus Metensis pro Card. Lothar procurabat. — C. V. potest ex illo de ceteris conjecturam facere. — Equites Germani sunt in Biturigensi agro et spem pacis otiantur. — Guisius suas copias habet in Belsia (Beaune) et quotidie ad suos Parisienses combeat. — Mortua numeruntur in Gallia his decem mensibus ducenta hominum millia Angli occupant Dieppa, Havre de grace, Tanneville, Caudebech et Quilbeuf. — De Adressio nihil possum scribere, nisi quod arbitratus ex literis Reginæ Condianos omnes ad unum cæsos, dicitur e via deflexisse. — Deus et illum et

omnes alios errantes in viam removet quem oro ut C. V.
spiritu sancto suo tueatur.

P. S. Baro à Dhon in prælio interfectus est.

Illustrissime princeps, vale et salve.

Argentorati III Feb. 1563.

Illust^{ae} C. V. deditissimus
Hotomannus D.

XVIII.

Kriegsberichte und einige Berichtigungen des früher Ge-
meldeten.

H./ Philipp Landgraf von Hessen.

Strassburg 1563. Feb. 4.

Illustrissime princeps, clementiss^e De.

Heri scripsi C. V. nova quædam, quorum pars nuntiata nobis erat ex aula Lotharingica et Metis quæ quia falsa est volui quæ jam verissima comperimus in has literas referre. — Guisius cum exercitu suo, Regi et Regina per speciem pacis faciendæ proxime Aurelias pervenerat. — Regem et Reginam Blesis (Blois) collocavit, ipse Bogencii consedet. — Paucis post diebus flumen Ligerim trajicit ut Amirallium intercluderet Aureliarum aditu; is enim suas copias trans flumen duxerat interea dum de pace ageretur. — Amirallius ea re comperta noctu suas copias per alterum pontem Gergiam traduxit peditatim in urbem Aurelianam introduxit — particulam in urbe Plenniers præsidii caussa collocat, Guisius illum subsequens 13 tormenta in pluvia et luculenta via relinquere coactus est et statim Bogennium rediit. — Equites Germani ad Anglos missi proxime Montletzery offendunt, primo dilucuto ex improviso. D^s De Sixpierrus, quem Guisius cum equitibus 1500 ad pontem quendam miserat, ut

Germanos Sequanos transitu prohiberet, prælum committitur XVI Jan. Guisiani equites mille interficti sunt. — Superiorius Lutetiam cum paucis fugit, ubi trepidatio incredibilis orta est. — E Germanis non putantur quatuor interficti. — In Normannia inter Rothomagum et Dieppam prælum inter Anglos et Rhingravium commissum est 13. Jan. (si noster bene meminit); cæsus Rhingravius et gravi vulnere affectus Rhotomagum profugit. — Nepos ejus putatur mortuus. — Mareschalcus Brissacus copias Parisiensium in Normanniam eduxerat, ut Anglos a Reutheris intercluderet. — Sed cum hi Sequanam trajecerint creduntur jam cum Anglis conjuncti et Rothomagum oppugnaturi. Guisius quotidie a Regina urgetur, ut pacem æquis conditionibus faciat. Ait, Parisiensem Senatum nonesse in ea . . . Et tamen illis nuper nunfiavit, ut sibi caverent et suis rationibus consulerent, neque enim se posse Regem deserere. — Veretur omnino, ne, si se subducat, Regina se Aurelias conferat. Quod scripsi de XXXVI Equitibus Regii ordinis verissimum est. — Sed falsum est de Connestablio; nam Anreliis detinetur. —

Parisienses cor habent pharaonicum, quotidie indurescit, in Reginam vehementissime et contumeliosissime invehuntur. — Itaque constat, illum neque audere, neque velle Lutetiam regredi. — In primo prælio 19. Decemb. constat Helvetiorum quatuor millia interfectos, plura cum audiero, fungar officio meo.

Celsitudo vestra nobis dedit Mareschalcum suum visum Heroicum¹⁾ qui ab omnibus nostris in coelum tollitur landibus. — Deus Illustrissimam familiam vestram benedicat.

Argentorati 4. Feb. 1563.

Illustriss^{ae} C. V. deditissimus
Hotomannus.

¹⁾ Fried. von Rollhausen, Marschall des Landgrafen von Hessen, welcher an der Schlacht von Dreux Theil genommen hat. cf. Rommel, Philipp der Grossmüthige.

Suppliciter peto a C. V. ut harum exemplum mittat. Illustriss. Electori Sax. et Elect. Brandenburgensi. Fortasse de me queruntur quod nihil scribam. — Hæc incerta sunt et nobis jam allata ab eo quem in aulam miseramus.

XIX.

Kriegsbericht.

H. / Philipp Landgraf von Hessen.

1563. Feb. 6.

Illustrissime princeps, clementiss^e.

Binas litteras scripsi hoc biduo C. vestræ easq. ambos Heidelbergam misi. — Ex eo tempore nuntius allatus est de nece Baronis Addressii. — Cum enim Capitaneus Mōvantius illum audisset esse Romantii statim illo profectus eum nec opinantem prehendit et in custodiam tradidit. Postea Nemausum perductus, metu tormentorum fassus est, se octo Librarum millia a Nemorro accepisse multaque illi majora esse promissa, si urbes quas in potestate habebat proderet. — Quem scribent addunt ei per carnificem caput amputatum. Hoc ternis litteris Lugduno nobis nuntiatum est et hic ab omnibus creditur. — Avaritiæ et capacitatis nomine apud nonnullos qui proprius eum norant male andiebat. — Lugdunum XVI Jan. fere ex improviso ab hostibus occupatum est; nox fuerat caliginosissima, primo diluculo admotis scalis 80 in muros concenterunt et vigiles interfecerunt. Strepitu exaudito cives accurrunt eosque qui ingressi erant interfecerunt, reliquos vi tormentorum abegerunt. Eodem ipso momento pr. . . . milites Lugdunenses Malisconum (Maseon) occupare eadem ratione conati similiter imperfecti et repulsi sunt. — De Gallia scripsi C. V., Germani equites ad Anglos profecti sunt, in itinere Sipierrium cum 1500 equitibus ceci-

derunt, 1000 desiderati sunt ex hostibus, ex nostris prope nulli. — Amirallius et Andelottius Aurelii sunt Guisius cum Rege, Regina et magna suorum pars Bogencii et Blessis remoti, 17 millia passibus ab Aureliis. — Hæc tabellario C. V. ne inanis rediret tradere volui. — Si quid præterea nuntietur faciam C. V. certiorem, Deo volente, quem oro ut illustrissimam familiam vestram conservet.

Argent. 6. Feb. 1563.

Illustrissimæ C. V.

Deditissimus

Hotomannus.

XX.

Friedensschluss (von Amboise). — Erbitterung der evangelischen Truppen über dessen ungünstige Bedingungen.

H. / Landgr. Wilhelm von Hessen.

Strassburg 1563. Merz 28.

Durchlauchtiger hochgeborner Fürst, gnädiger Herr.

Diesen Morgen hab ich an E. f. Gn. Herrn Vater geschrieben. — Denn diewiel der Pott so sehr fortgeeilet, hab ich inen lenger nicht aufhalten können. — Allein habe E. f. Gn. dieses wollen vermelden, dass zwischen beiden Kriegshaussen in Frankreich ein Fridt gemacht ist — doch uf solche Mittel und Conditionen, die die Condische nicht verhofft hatten. Aber wie man Im gemeinen Sprichwort pflegt zu sagen: was man haben muss wirdt wohlfeil erkaufft ob es schon viel kostet.

Als die Kriegsleuth in der Stat Orleans die Fridts-puncten vernommen (das ist als sie gehortt, das die Pfaffen wieder kommen und daselbst Mess halten werden) seind sie

tobent und wütend worden, dass sie in Gegenwärtigkeit des Prinzen von Conde selbst und vor seinen Augen alle Kirchen zerstöret und umbgeworffen und iren grimmigen Zorn über dieselbige Kirchen ausgegossen haben. — In Summa wir seint in grosser Forcht, jedoch verhoffen wir, es werde uns die Autoritet des Prinzen von Conde, der nunmehr die Administration bekommen hat, solcher Forcht erledigen. — Aus dem Schreiben so an E. f. Gn. Herrn Vater ich gethan, werdet Ihr fernes vernemen: — Zu der newen Verwantnus und Freundtschaft mit dem grossmechtigen Könige zue Schweden gemacht wünsch E. f. Gn. Ich von Herzen Glück und bitt den Almechtigen Gott, das solcher Heurath glückselig und wohl gerathe. —

Für wahr da ich mich besorgte, das der Fridt in Frankreich so ungwiss sorgsam und vortellhaftig wehre, wie es viele meinen und dafür halten, wüste ich nicht ob ich diesen kunftigen Sommer lieber in Schweden alls in Frankreich hingienge und mit E. f. Gn. daselbst hinein verreisen wollte uff welches ich von E. f. Gn. Gemüt (da es deren nicht zue wider) gern vernemen wolt.

Es geschehe aber was da wolle. Ich sei auch gleich wo Ich wolle, hie oder in Frankreich am Hof, so sollen E. f. Gn. an mir anderst nicht haben als einen treuwen und bereitwilligen Diener — und wolt Gott, dass E. f. Gn. Herr Vatter Ich etwa einen angenemen Dienst und Wilfarung erzeigen konnte, was sonst mein Person anlangt wil ich fürwhar das durchlauchtig fürstlich Haus Hessen von wegen der vilfaltig erzeugten Guthatt ewiglich zu Ehren und vor Augen halten. —

Hiemit thue E. f. Gn. Ich Got dem hechsten zue glückseliger Wolfartt befehlen.

Dat. Strassburg den 28. Martii anno 63 E. f. Gn. ganz gehorsamer.

Hotomannus D.

XXI.

Friedensaussichten. — Vorhaben Hotmann's nach Frankreich zurückzukehren.

H. / Landgr. Philipp von Hessen.

Strassburg 1563. Aug. 15.

Illustriss^e princeps, clementissime domine.

Cum hic tabellarius vester domum rediret deesse officio meo nolui, putavique me gratum obsequium C. V. facturum si eam de rebus nostris certiores facerem. Pax inter Anglos et Gallos facta est ingressique sunt Galli in Havre de grace Kalendis Augusti, cum prius aggere in magnam altitudinem sublato oppidanos vehementissime vexassent et XVI Julii aditu in urbem tormentis patefacto ita illos oppugnassent ut fere in urbem irruperent. — Regina Metensi gubernatori scripsit, universum regnum jam summa pace frui ac statuisse pacem illam conservare. — Evangelium innumeris in locis prædicatur — sed Parisienses pharaonica obstinatione Dei beneficium quantum possunt ab sese removent — d'Andelottus scribit mihi ex villa sua Tauloy VII Augusti, D. Admirallum simul eum fratre suo Cardinali Castellioneo ad aulam profectum esse. — Ajunt Reginam Guysianos quoque principes evocasse, habereque in animo parem etiam concordiam inter illos constabilire. Lugduni et per totum Delphinatum optime agitur cum Hugenottis. Et quia Valentiana Academia me invitat fieri potest ut eo ad annum unum proficiscar. — Ubi si quid obsequii C. V.^{ae}, quæ de me optime merita est, præstare possim, promptum me et paratum exhibeo. — Puto tamen prius me in aulam iturum, unde C. V. describam. — Interea potest C. V. mihi quæ volet mandata dare, non enim ante dies XV sum profecturus.

Illustriss^e princeps, clementissime vale.

Argentorati XV Aug. 1563.

Illustr^{ae} C. V. deditissimus
Hotemannus.

XXII.

Hotmann's Besuch in Chatillon bei Coligny. — Fortdauernde Friedensaussichten. — Fortschreitende Ausbreitung des evangelischen Bekenntnisses in Frankreich.

H. / Landgraf Philipp von Hessen.

Châtillon 1563. Oct. 3.

Illustrissime princeps, clementissime domine.

Argentorati commendatus mihi fuit Bartholus tabellarius vester, quem mecum usque ad principis Portiani villam quæ in itinere recto est deduxi. — Ibi nuntiatum est, principem Condensem esse cum Admirallio. Et quidem constat inter omnes eum brevi affuturum. — Cum huc venimus in comitatu Domini de Bassi fratris principis Portiani allatus est nuntius Regem, evocasse caussam ducum Guysianorum ad suum sanctum consilium, itaque Condæum huc venturum non esse. Suasit igitur Amirallius ut ad illum proficiseretur. Ego quidquid potui pro meo erga C. V. obsequio diligenter præstiti et doleo me illi longius comitem esse non posse, sed et hic et Aureliis habeo negotia quæ me curare oportet. — De rebus Gallicis ex ipso plura C. V. cognoscet. — Rex alieno animo est ab armis et novis motibus. — Si jus redendum est ducibus Guysanis sanctioris consilii sui judicium offert. Comestablius caussam nepotum suorum suscepit. Card^{lis} Castillioneus constans est in religione, Condensis ecclesiarum caussam constanter tuetur. Incredibile dictu est, quam multi proceres sese ad religionis caussam adjunixerint. — Navarræ regina ex sua ditione sustulit omnem idolatriam et virtutis exemplum præbet incredibili cum fortitudine animi et constantiâ. — Plura in præsentia non occurrunt et post-hac ut spero melior dabitur occasio — nam hic haereo cum Admirallio et Andelotto, Castellione, quos video religionis nostræ et ecclesiarum Gallicarum fortes patrones ac defensores esse. — Perendie excurram in aulam, unde si occasio

dabitur plura scribam. — Interea Illustrissime princeps, valebis
in Domino quem oro, ut C. V. incolumem conservet. —

Castellione 3. Octob. 1563.¹⁾

Illustriss^{ae} C. V. deditissimus
Hotomannus.

XXIII.

Zum Verlauf der Bartholomäusnacht. — Die meisten Stadtpräfecten Frankreichs weigerten die Ausführung des Mordbefehls. — Die Papisten, selbst die königlichen Räthe bereuen die Unthat. — Starker Widerspruch zwischen den seitherigen königlichen Erlassen. — Bitte um seine kirchliche Fürbitte und um Verwendung beim Magistrat zur Verhütung eidge-nössischen Truppenzugs.

Fr. Hotmann an A. Sulzer, Dr. der Theologie und Pfarrer
in Basel.

Genf 3. Oct. 1572.

Venerande pater, Jeri per vesperi singulari Dei providentia, clementia et misericordia huc sum advectus et lapsus e manibus carnificum, quorum similes ætas nulla tulit. Cum essem de hujus adminutus, deesse meo officio nolui, præsertim ut miserrimas ecclesias nostras tuis precibus commendarem, quarum crudelissima laceratio vel potius laniena ita papistarum nostrorum animos commovit, ut regios consiliarios tantæ tyrannidis magnopere poeniteat. Nam annonæ penuria et caritate et prope fame plebs vexatur, aperteque et palam vociferatur: bellum si ingruat, se patrios sedes relicturam. — Complures præfecti urbium regionum provinciarum

¹⁾ Ein gleichlautendes Schreiben an Herzog von Würtemberg ist abgedruckt in Revue historique d. 1876, I, cit. p. 45.

apertissime regi denunciarunt, se non esse carnifices: si velit, alibi suos carnifices quærat, neque se in ista exercenda laniena illius edictis obtemperatuos. — Itaque multo maxima pars civitatum Galliæ ab ista carnificina et crudelitate abstinuit. — Verissime tamen hoc confirmari potest, quinquaginta hominum millia circiter octo dierum spatio interfectos fuisse. — Ad hanc crudelitatem accessit incredibilis impudentia: passim missa sunt diplomata regia aperte inter se pugnantia. Nam aliquoties scripsit et passim scripsit, magno suo cum dolore seditionem Lutetiæ excitatam esse, in qua cognatus suus charissimus Admiralius fuit imperfectus. — Biduo post scribit, eundem Admiraliū horrendæ conspirationis adversus majestatem suam autorem fuisse, ob eamque caussam illum suo jussu et mandato ceterosque ejusdem conjurationis participes imperfectos fuisse. — Confido te, pater venerande, de rebus his diligenter cum magnifico vestro magistratu acturum et nostras ærumnas omnipotenti Deo in tuis precibus commendaturum. — Spero etiam Bezam nostrum tibi diplomata illa pugnantia missurum alioqui meo officio non defuisse. — Neque puto, Helvetios vicinos confoederatos vestros velle in ea caussa regiæ cupiditati morem gerere, quæ maximam Galliæ partem ab illo alienavit. — Bene vale vir clarissime et pater venerande.

Genevæ 3. Oct. 1572.

Fr. H.

XXIV.

Berichte und Eindrücke aus den Erlebnissen der Mordnacht
— deren Folgen auch für die andern evangelischen Länder,
— demnächstiges Erscheinen deren Geschichtsschreibung. —
Empfehlung eines jungen Deutschen zu wohlwollender Aufnahme.

Fr. Hotmann an Wilh. v. Hessen.

Genf. 1572. Oct. 6.

Illustriss^e princeps, clementiss^e domine.

Spero celsitudinem vestram accepisse litteras a Cornbergio adolescentे lectissimo atq. ex iis de Gallicis nostris carnificinis et lanienis intellexisse. — Dolet mihi quod hic tum non fuerim cum ipse adesset, nam paucis diebus huc emersi, postquam hinc discesserat. — Adolescens est summæ spei et indolis amantissimæ et quem spero patriæ suæ summæ dignitati atq. ornamento futurum. — Confido etiam illum diligenter de miserrimo et calamitosissimo Galliæ statu scripsisse. — Quinquaginta hominum millia circa octo dierum spatio imperfecta sunt: perfidia an crudelitate majore dici vix potest. — Neque quicquam mirabilius est quam Amiralium perfidiam istam non prævidisse, cum assiduo per duos fere menses ab incolis Rupellæ et Charitii (La Rochelle et la Charité) moneretur, urbes illas obsideri et insidias utrimque structas: neque quicquam proprius esse quam ut illa a Strossii cohortibus, hoc a Ducis de Nevers turbis occuparetur. — Denique non modo in illis urbibus sed passim tota Gallia innumeri viri clamitabant, Amiralium nihil videre, præstigiis aulicis fascinatum et in summum discrimen Ecclesiæ nostras per ipsius imprudentiam adductas esse. — Itaque fatendum est, certissimam hanc Dei voluntatem fuisse et fatum . . . vitari non potuit. — Nimirum hæc sunt exordia telaque Tridentinæ et foederis Papistici quæ sanctam Ligam appellant, cuius consimiles effectus metuo ne propediem in

Anglia et vestra Germania videamus: nisi Deus præsidio sit et vos illustrissimi ac potentissimi principes sapientiam vestram in tantis periculis præcavendis adhibeatis. — Confido, C. V^m memoria tenere, decem abhinc annis, una cum Illustrō et fortissimo Heroe parente vestro de primis Guisianis consiliis verba facerem, sæpe illum mihi respondisse, sibi non esse dubium, quin illa consilia ad principes Germanos pertine rent. — Quanto jam majus periculum videmus tot millibus hominum interfectis, tot viris fortibus et ducibus rei bellicæ peritissimis insidiose trucidatis! — Præterea imminentे foedere papistico et tanta foederatorum potentia tantis copiis ad nostram perniciem comparatis! — Tanta autem fuit carnificum nostrorum crudelitas, ut eam multo maxima pars nobilitatis et plebejorum detestetur. — Quid dicam de Parlamentis quorum adversus Ecclesias nostras odium atq. acerbitas incredibilis fuit? — At Tholosani, Gratianopolitani, Diccionenses, Rhotomagenses manus ab iis cædibus abstinuerunt, neque nostrorum quenquam attigerunt; cum dicerent, sibi neque divino neque humano jure licere animadvertere in eos qui nihil nisi permisso ipsorum . . . ex suis Senatusconsultis commiserant. — Nam Parlamenta Edictum pacificatorium pro vetere instituto auctoratum comprobarant. — Itaque aperi- tissime Parlamenta illa facinus istud horrendum condemnarunt. — Eo accedit miseratio omnium prope Gallicarum familiarum nobilium: nam omnes clamitant, Jura familiarum et agnationum mirandum in modum conturbata fuisse, tantamque in bona et hereditates confusionem inductam esse ut vel ob hanc unam caussam certissimum sit, cædes et discordias diuturnas fore. — Neque prætermittenda est incredibilis et inaudita Lugdunensium lanionum inhumanitas, qui cum ad trium millium Christianorum quasi victimarum mactationem adhibiti fuissent, e corporibus occisorum, si qui pingujorum erant, adipem detrahebant, quam Pharmacopolis venditabant pretio in singulas libras quindecim denariorum

constituto. — Sunt alia horrenda dictu et scriptu indigna de pudendis quæ in ora matronarum projiciebantur, quorum solem ipsum, ut opinor, puduit. — Lutetia quidem innumeris locis cunæ videbantur una cum infantibus pueris per fenestras dejectæ. — Denique constat inter omnes, horrendas istas carnificinas etiam monachis et sacrificulis execrables visas fuisse. — Sed, ut spero, propediem historia conscribetur, ex qua C. V. intelliget, Galliam, quæ sola monstris olim caruisse dicebatur, nunc unam omnium maxime monstris refertam esse. — Interea Deum oro, ut Illustriss^{am} Celsitudinem vestram benevolentia sua complectatur. — Vale Illustriss^e. Princeps.

Genevæ 6. Oct. 1572.

Illustriss^{ae} C. V. obsequentissimus cliens

H.